

f. et (4) I Thracum c. R. et (5) I Ituraeorum et (6) I Flavia Ulpia Hispanorum ∞ c. R. et (7) II Gallorum Macedonica et (8) III campestris c. R. et (9) III Cypria c. R. et (10) VIII Raetorum c. R.², et pedites singulares Britannici³, et sunt in Dacia sub D. Terentio Scauriano⁴, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XIII k. Mart. Ser. Scipione Salvidieno Orfito, M. Peducae Priscino cos.⁵

alae I Aug. Ituraeor., cui praest C. Vettius Priscus, ex gregale: Thaemo Horati f. Ituraeo, et Nal f. eius, et Marco f., eius et Antonio f. eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

Tabella aenea, pars prior diptychi, rep. in Hungaria (III p. 868 ad ectypum gypsaceum musei Vindobonensis). — 1) A. 140. — 2) Ex his aliis cohortibusque sub Traiano in Dacia tendentibus complures, scilicet ala prima civium Romanorum, cohortes prima Britannica miliaria civium Romanorum, octava Raetorum, item altera ex duabus cohortibus primis Ituraeorum, sub imperatoribus Flaviis fuerant in Pannonia (cf. supra N. 1997), cohors prima Augusta Ituraeorum etiam anno 158 fuit in Dacia (cf. N. 2006). Cohors tertia campestris praeterea nota ex solo titulo Athenensi III S. 7289; cohortium Cypriarum praeterea nulla mentio nisi in titulo Panticapaeensi ap. Latyschev inscr. Ponti Euxini 2 p. 141. — 3) Pedites singulares Brittannici memorantur etiam in alia constitutione pertinente ad exercitum Dacicum dato anno circ. 157 (III p. 882 cf. etiam tegulas editas arch. ep. Mittb. 14 p. 99) cf. Mommsen Herm. 19 p. 226, 3. 229. — 4) Legatus memoratur etiam C. III 1445. — 5) 17 Febr. 140.

2005 imp. Caesar divi Hadriani f., divi Traiani Part. nep., divi Nervae pronepos T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pont. max., tr. pot. XI¹, imp. II, cos. IIII, p. p., equitib. et peditib., qui militaver. in alis V et coh. VII, quae appell. (t) I Ulpia contar. ∞ et (2) I Thrac. victr. et (3) I Hisp. Arvac. et (4) I Cannef. c. R. et (5) III Aug. Thr. sag.², et (1) I Ulp. Pann. et (2) I Aelia sagit. et (3) XVIII vol. c. R. et (4) IIII vol. c. R. et (5) I Thrac. c. R. et (6) V Callecor. Lucensium et (7) II Alpinor.³, et sunt in Pann. super. sub Pontio Laeliano⁴, quinque et viginti stipend. emer. dimiss. honest. mission., quor. nomin. subscr. sunt, civit. Roman. qui eorum non haber., dedit et conub. cum uxorib., quas tunc habuiss. cum est civit. iis data, aut cum iis quas post. duxiss. dumtaxat singulis. A. d. VII id. Oct. C. Fabio Agrippino, M: Antonio Zeno (*sic*) cos.⁵

coh. I Ulpiae Panonior., cui praest A. Baebius Regillus Suess., ex pedite: Attae Nivionis f. Azalo.

Descript. et recognit. ex tabul. aenea, quae fixa est Romae in muro post templ. divi Aug. ad Minervam. L. Pulli Daphni — M. Servili Getae